



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXX. De Connexis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. LXX.
De Connexis.

Axioma I.

Connexa sive conjuncta habentur pro uno. *cap. cum singula. 32. in princ. de prebend. in 6. l. prator. 7. §. unde quaritur 2. ff. de damn. infect. cum sint individua. Angel. consil. 326. dub. quarto. Cravett. consil. 102. n. 1. vol. 1. Menoch. de arb. quest. lib. 2. cas. 95. n. 5. & 9. Sic in conjunctione summarum duarum utraque debentur. l. si is qui. 13. de reb. dub. Et in conjunctione personarum licet alii designati tantum, alii vero nominati sint, utrique legata alimenta debentur. l. ult. de reb. dub. Hinc ea demum connexa intelliguntur, quorum unum sine altero esse vel stare nequit, ut tradit Angel. Arer. in cap. translatio. not. 1. de consil. & consil. 58. & 29. n. 20. vers. his breviter. Fr. Nicomit. n. rubr. ff. de nov. op. nunc. quos sequitur Menoch. d. cas. 95. n. 18. Sicut & connexa ex eo aestimantur, si unum de illis tendat ad perfectionem alterius, textus in l. eum. attum 17. ibi: plane si quid connexum ff. de neg. gest. Non sunt igitur connexa, sed separata, quae ita sunt, ut unum sine altero esse & stare possit, nec unum ad sui perfectionem alterius ope indigeat. Dd. communiter in d. l. 17. Menoch. d. cas. 95. Quomodo connexa & separata sibi invicem opponuntur, in l. si cognati 21. C. de negot. gest. sicuti etiam connexa & divisa in l. intorem 37. §. 1. de admin. tut. Vult. inter Consil. Marpurg. consil. 29. vol. 3. n. 33.*

II.

Aliquid esse connexum non facit dependentia. Bald. in l. in peremptorias in fin. n. 39. vers. quero actor. C. sent. rescind. non posse. quia in connexis dependentia consideratur ex causa originaria, non autem ex causa accidentali. Anchar. in cap. accessorium. col. 3. n. 16. vers. praeterea isti duo actus. de Reg. Jur. ubi ait: Quod duo non conjunguntur tanquam connexa, vel tanquam principale & accessorium propter accidentalem, sed propter causam originalem, quae in connexis intuenda est, subjungens, quod administratio tutelae & redditio reliquorum ideo sunt connexa & ipsi tutelae, quoniam naturaliter ab ipsa dependent. Pacian. l. de probat. cap. 28. in addit. l. f. ubi de connexis. vid. per tot.

III.

CONNEXORUM idem est iudicium, l. 3. §. iudicio contrario. ff. de contrar. act. tutel. Klock. l. consil. 6. n. 9. l. proinde 22. ff. ad Legem Aquil. l. eum actum. 17. ff. de negot. gestis. l. 35. de edil. edict. cap. translatio 3. de consil. cap. praeterea 5. de officio deleg. Marfil. sing. 251. Connexorum. Decian. consil. 45. n. 17. cum seqq. lib. 1. Cravett. consil. 275. n. 3. cum seqq. Castrenf. consil. 110. n. 2. cum seqq. lib. 2. Joan. de Imola consil. 139. num. 6. & seq. Ubi limitat, quando connexitas non est proxima, sed remota. Cott. in memorab. verb. connexorum. pag. mibi 166. Surd. de aliment. tit. 9. q. 31. n. 16.

cum seqq. & consil. 196. n. 9. & consil. 338. n. 3. & decis. 199. n. 13. Joan. Franc. Leo. in Thesaur. fori Eccles. p. 3. cap. 7. n. 71. Elcob. de ratiocin. c. 13. n. 11. Hier. Fernandez. de Ottero. in repet. cap. fin. de pact. n. 6. Mar. Antonin. Variar. resolut. lib. 3. resol. 9. n. 2. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 5. cap. 1. n. 43. Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarch. Sedum erect. cap. 5. n. 37. Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 626. per totam. Sigism. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 21. sub n. 26. ubi ait, quod connexa, & individua reputantur idem, & nihil fieri potest contra unum ex individuis, quin fiat contra alterum, de quo etiam Anchar. consil. 160. n. 2. Cravett. consil. 275. n. 4. & 5. & consil. 261. n. 50. & consil. 936. num. 27. & seq. Surd. d. decis. 199. n. 13. ubi quod connexa dicuntur individua. Idem Sigism. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 307. ubi limitatur, quando est diversa ratio, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 851. Castill. controvers. tom. 5. p. 2. c. 165. n. 15. cum seqq. Joan. Marian. Novar. in praxi elect. & variat. fori. quest. 64. sect. 1. & quest. 45. sect. 2. n. 11. & 16. & quest. forens. lib. 1. quest. 111. n. 16. & 113. n. 14. & q. 151. num. 8. & quest. 155. n. 8. Ovid. de Amic. de Jur. emphyt. quest. 80. n. 103. Alphons. de Narbona l. 20. gloss. 22. n. 36. tit. 1. lib. 4. Recopil.

IV.

CONNEXUM quibus modis dicatur, latè ostendit Joan. de Imola consil. 139. Praefatus Simius, à princip. Cardin. Tusch. d. tom. 2. lit. C. concl. 625. per totam.

CAP. LXXI.
De Conniventia.

Axioma I.

Connivendo & tacite remittere licet quaedam, quae non licet expresse. arg. l. 5. §. stopus 13. de damn. infect. c. 1. §. 1. de Jurament. Cal. in 6. Wesemb. in Comment. C. ad. l. 1. C. de usufruct. in fin.

II.

Quidam mores inhumani & inciviles propter utilitatem filci tolerantur potius, quam probantur. Cujac. in l. 3. §. 6. de Jur. fide. c. 2. de sponsal.

III.

Conniventia quando dolum arguat, vid. infr. in tit. de prohibitione & taciturnitate.

CAP. LXXII.
De Conscientia.

vid. infr. Innocentia.

Axioma I.

Conscientiae malae signa sunt, erubescere, pallescere, inconstanter loqui, & faciunt praesumptionem.